



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Bernardini Scardaeonii Patauini Presbyteri de Castitate Libri Septem

Scardeone, Bernardino

Venetiis, 1542

Nil referre quo quis animo domi habeat mulierem, quu[m] habeatur
propterea a cunctis impudicus c. xxvi

urn:nbn:de:hbz:466:1-30433

Nihil referre quo quis animo domi habeat mulierem, quum habeatur propterea à cunctis impudicus. Cap. XXVI.

Non est ergo ut excuses factum, & conscientia te absolvas tua: quasi bene tibi cōsciūsis: quum nihil referat quo animo facias, quod factu turpe est, & plenum scandalis ut perire possit infirmus frater in tua conscientia pro quo Christus est mortuus, ne periret. Si quidem facta cernuntur, animus autem uideri non potest. Et propterea legitur, quod quum Lysander Lacedæmonius quendam militem grauiter increpasset, qui de uia flexerat, eiq; excusanti quod ad nullius rei rapinam ab agmine recessisset, ita respondit. Ne speciem quidem rapturi præbeas cuiquam uelim. Hinc etiam Aristippum philosophum legimus à sapientibus uiris fuisse acriter redargutum: quod quum Laidem formosissimum scortum impensius coleret, suum uitium hoc argumento, uel cauillatione potius defendebat: ut diceret, multum interesse inter se, & cæteros Laidis amatores, quod ipse haberet scilicet Laidem, alii uero à Laide potius haberentur. Attamen nihilo propterea minus infamis est à cunctis habitus, quam cæteri qui insano amore capti tunc ad Laidem confluebant. Quid nam refert (ut ad te redeam) quo animo mulierem domi teneas, quum te uulgo omnes habeant pro lenone? Vulgus nanque quum ignorat uerum, opinionem, rumoremque uulgi spectat: ei quod fauet pro uero. Proinde uniuersæ suspitiones etiam falsa, & que cauendæ sunt, ac ueræ, quum ex eis non falsa sed uera pariatur infamia. Quis enim de ea qua cum tam familiariter uersaris bene sentire poterit: quum ipsam ætas, forma, sexusque ualde suspectam reddat ac eiusmodi excusationi tuæ reclamitet ipsa natura? Audi quid ad uitandam tantam suspitionem, ipse quoque Apostolus sentiat. Volo inquit iuniores nubere, filios procreare, mar-

DE MALE PROFITEN. RELIGIO.

1 Tim. 5.

tres familias esse, nullam occasione dare aduersario ma-
 ledicti gratia. Antiqui uero quum saepe de muliere ab-
 sente, atq; de aliqua uix conspecta cogitare ex nostra fra-
 gilitate compellimur: quid de ea, quae semper in oculis
 sit in sinu, & manu, & qua quum libuerit, uti possis? Vix
 singulariter degentes clerici ualent carnales concupiscen-
 tias sustinere, quid facient, qui associatis sibi foeminis, ex
 utroq; latere concupiscentiarum stimulis uel potius gladi-
 diis dextra leuamq; petantur? Aspectus quidem foeminae
 uel transiens uenenatas sagittas in praecordia spectan-
 tis affigit: quid si sermo, si risus, si assidua consuetudo hanc
 accesserit? Nimirum etiam si in peragendis sacris, ubi mul-
 la libidinis species est, nihilq; nisi sanctum, piump; uerbis
 factisq; molimur, inest tamen eo ipso congressu naturalis
 quaedam quasi titilatio: quatenus uix possit effugi, ut uir-
 gor ille, ac propositum continentiae non oppugnetur, ac
 sexus diuersitatem non sentiat. In cassum sane dissimulat
 quicumq; salua fide continentiae, in tali comercio, inter tol-
 incitamenta libidinis uersari tuto se posse contendit, ne-
 que in tam paratas plagas ueretur impingere neue in ta-
 dubiam aleam sine causa seipsum, famamq; suam dare
 ullo pacto formidat. Tam contra naturam est profecto,
 in mediis aquis siti periclitatem potu sese abstinere: q; pra-
 rientem coitu in tam parata copia exaturandae libidinis
 sese a uenere continere. Quo circa censeo quoad nobis
 fieri licet, nullum commercium, nullam prorsus con-
 suetudinem, nullam denique amicitiam iungendam esse
 cum foeminis, quibus curae est caste, & continenter uiuere
 ne diabolo insidiantis & seuire cupienti detur aliqua oc-
 casto ad perdendum nos. Hanc dico non q; natura, & se-
 xus sit odio habendus: quum in adiutorium uiri sit datus,
 sed ut periculum uitemus, & absque suspitione uiuamus
 nam graues & multas rufnas hinc per eiusmodi illicitas
 & periculosas coiunctiones quotidie fieri uidemus. De
 hoc ultimo libro copiosius dicemus. Sed quidnam est,

q; quu
 beat, ta
 te incor
 reus sis
 ut olim
 lierem o
 nino re
 ueheme
 quide si
 dae libi
 demen
 maluit a
 re insidi
 rem po
 dignitat
 is Antio
 non iuu
 nec nim
 consuler
 tionem,
 cument
 si te fort
 omnium
 non suspi
 libus str
 contemp
 diciae le
 non pos
 ut tali a
 sensus u
 nitium
 firmi ua
 uadem
 de te, st
 discrimi

Quod quum in primis maxima tibi cura boni nominis esse de-
 beat, tam obstinate in eo proposito perseveras, ut neque
 te Incontinentiæ periculo exoluas, neque procul à te, quum
 reus sis omnibus, depellere suspicionem cures: uel saltem
 ut olim Leontius quidam illustriſis presbyter, qui quum mu-
 lierem quandam, cum qua habitabat, repellere a se om-
 nino recusaret, & suspicionem tamen libidinis effugere
 uehementer uellet, genitalia sibi miser abscedit. Depulit hic
 quidem sic ex ætatis uirilibus à se omnem suspensionem paran-
 tæ libidinis: at non fuit deinceps sine magna suspensione
 dementiæ, atque amoris insani: quippe qui sic immaniter,
 maluit abscedi, quam ablegare à se, & extra tectum pone-
 re insidiantem sibi in ea foemina diabolum. Quam ob-
 rem postmodum, & dementiæ merito damnatus est et
 dignitate depositus, licet postea Constantii Cæsaris studi-
 is Antiochiæ fuerit præful ordinatus. In hac re autem
 non iuuenes tantum, sed etiam senes sibi cauere oportet:
 nec nimium ætati fidere, sed potius humanæ imbecillitati
 consulere: ne uel ipsi pereant, uel inducant alios in perdis-
 tionem, qui sibi ab eis utpote à maioribus uluendo do-
 cumenta constituunt. Postremo autem (ut tandem finiam)
 si te forte in tanto periculo persistere castum posse, contra
 omnium sententiam confidas quid est, quod tu de illa saltim
 non suspiceris, ne quando ex imbecillitate muliebri furia
 libus stimulis concitata debacchetur in alium quempiam te
 contempto, et inscio, & suggeras uel imprudens, ei immu-
 ditiæ lenocinium, ut quum te fornicatorem interim facere
 non possit, faciat te lenonem? Nunquid & pro ea spodes
 ut tali ætate & eo sexu possit carnis stimulos cohibere?
 sensus uincere? demonem superare: Nimis certe audes,
 nimium certe confidis, si quum de teipso in ea re nihil
 firmi ualeas polliceri, etiam pro foemina præsumas te
 uadem, & fideiussorem idoneum constituere: et quum
 de te, stabilitateque tua nihil certi habeas, in tam certo
 discrimine uelis de tam instabili natura foeminae quicquam
 CC ii

DE MALE PROFITEN. RELIGIO.

quam solidi, aut certi promittere. Quare ut dicam, quod sentio, et si falli possim, uel ex tuo illo suspitionis infamiaeque contemptu, uiolenta mihi iniscitur suscipitio, subesse in ea consuetudine aliquam libidinis fraudem. Nam si pro custodia domus: aut pro re familiaritanda iuuenem mulierem domi habens: multo fidelius prudens famulus dispensat, obsequentius parat, sollicitius prouidet, studiosius custodit, tenacius denique rebus parcat. Si forte aegritudinis metum, aut alia officia summae necessitatis obtendas. Aegrotanti sane tibi maiori fide, ac attentiori cura aspidere possunt ea necessitate sorores, neptes, amici, cognati, & si tibi sint alii aliquo officio maiore deuincti: atque etiam anus potius quam piam honesta, quam iuuenis suspecta, aut petulans ancilla: quae eo praesertim tempore, quo intendere tibi maxime debet: rebus tantum asportandis intendet animum: atque exclusis tuis inde cognatis in te expilando aduersariorum tuorum, si quos habueris fauoribus abutetur: & cum his coniurabit hostiliter quatenus in te uelut pestem, antequam moriaris, efferant ad sepulchrum. Quo circa nihil uerendum hic incommodum aliquod perferre in uita, ut saltem nobismetipsis in morte uacare possimus. Ceterum si forte rei domesticae angustia sumptum serui perferre comode nequeat: & aegre feras uiuere in solitudine: habetas tibi amitam, seu materteram, aliamue ut diximus honestam aniculam: uel si minus haberi id potest, bonam potius indolis, quam formae, quaeas tibi adolescentem quam piam erudiendum, qui mutua opera tibi seruiat, & te erudiat: uel si tu forte docere nescias, aut nolis, cures ut aliunde erudiat tua gratia. Verum nec etiam in hoc quicquam temere agendum puto: sed pro ingenio quibusque suo, inde diuertat, ubi sentit sibi imminere discrimen. Haec non ab re equidem adicienda putauit, quando satis exploratum habeam, pluresque mortalium procliuem esse se ad quodcunque flagitium.

In quor

Q

lasciuis
am exci
iam can
piloqui
ui iuuen
fectum
re, quam
ducit pe
uire pla
qui in se
amens in
Cato (at
maturae
nectiter
rum ma
quid tul
ba alteru
intendis
sum ad o
modo r
petere a
& multo
In ista a
gitare, q
perpetu
us cogit
seis meli
li, mutate
tem, mal
faciem n